18 leg.& no.in c.licet,de ſen .excom.lib.vi.†Venio ad quartū,
quis ſit replicationis effectus,& dic ꝙ reſoluit,vel expurgat
exceptionem,vt ſupra dictum eſt, & ideo oportet replica-
tio ſit talis,quod vitiet exceptionem.nam impertinens re-
pellitur,inf.e.c.dilecti.vel perſonam afficiēs, vt ibi.Et ſcias
ꝙ fortius ſe habet replicatio ad exceptionem, quam exce-
ptio ad actionem. nam exceptio quādoque defendit reum
ſuper re petita,quandoque afficit perſonam actoris ,quan
doque iudicis,quandoque teſtis,quandoque procuratoris
quandoque formam libelli, quandoque reſcriptum, quan-
doque locum,ſed replicatio ſemper afficit ipſam exceptio-
nem,vt non proſit excipienti,vel vt non noceat replicanti,
Inſt.de replic.in prin.vide ad hoc quod no.in c.ii.de or. co.
19 †Ad quintum quomodo tollatur,vel vitietur,dicas, ꝙ tol-
litur per duplicationem rei,quæ ipſam afficit, pone exem-
plum per decre.dudum,de conuer. coniu. duplicatio tolli-
tur per triplicationem,& ſic deinceps,vt ff.e.l.ii.& Inſti.de
20 repli.poſt princi.†Ad ſextum,quæ ſit prius probanda, [a] an
a exceptio,vel replicatio,de hoc ſatis inſtat Io.And. hic poſt
Spe.in ti.de exce.& repli.§.fi. vbi de hac materia inuenies.
Concluſio vera eſt, ꝙ ſicut reus non aſtringitur probare
peremptoriam ſibi petentem,niſi ex quo fundata fuit acto-
ris intentio,quam intendit per exceptionem elidere,C. eo
dem.l.ſi quidem.facit quod legitur,& notatur.in c. fina. de
dolo,& contu.& c.de teſtamen.ſupra de teſtibus. niſi ſit di-
latoria ſolutionis,de qua dicam inf.eod.c.exceptionem.ita
nec actor cogitur replicationem probare,niſi ſit ꝓbata ex-
ceptio rei,quam ipſe actor intendit per replicationē elide-
re,& hoc tenet Spe.in d.§.fi.poſt prin.poſſet tamen replicās
(ſi vellet)prius probare,ar.c.i.de probat. & l.circa.& quod
ibi no.ff.de prob.ſed vide,quod in ſimili dixi in c.i. de ord.
co.vbi plene dixi de actione,& exceptione,quæ ſit prius ꝓ
banda.ſic dicendum eſt de exce. & replic.ideo limita,vt ibi
21 dixi.†Ad ſeptimum,& vltimum,quo quærebatur, an ſit ne
ceſſario pronunciandum ſuper replica.dicit Io.An.ponde-
randum naturam exceptionis,contra quam replicatur, q̃a
ſi eſt emergens,quantumcunque ſequatur replicatio,dupli
catio,triplicatio,quadruplicatio,& ſic in infinitum ſatis eſt
ꝙ ſuper exceptione iſta pronuncietur,ſuper qua neceſſe eſt
pronunciari iuxta ea,quæ dixi in c.i.de or. co. vbi ſatis ex-
pediui,quid dicatur emergens, & quid incidens, & an, &
quando ſit neceſſe tacite,vel expreſſe ſuper eis pronunciare
exemplum huius dicti eſt,excipio teſtem excommunicatū,
replicas illum abſolutum,duplico abſolutionem nō habuiſ
ſe poteſtatem abſoluendi, hoc ipſo ꝙ iudex pronunciat te-
ſtem admittendum,vel non admittendum,ſatis ſuper repli
catione & duplicatione pronunciat, ſi tamen etiam ſuper
his ſpecialiter vellet interloqui,non eſſet peccatum,ſi vero
exceptio eſt incidens, ſuper qua non eſt neceſſe pronuncia
ri,ergo nec ſuper replicatione pronunciabitur,exemplum,
excipio de pacto de nō petendo,replicatur de renunciatio-
ne,vel contrario pacto,ſatis eſt,vt condemnet iudex vel ab
ſoluat ſuper principali,per quod erit expedita exceptio, &
replicatio,ſed ſi velit etiam ſuper illis ſpecialiter pronuncia
re,poſſet. Concluſio ergo eſt, ꝙ ſuper replicatione non eſt
neceſſe ſpecialiter pronunciare, quia ſufficit tacita pronun
ciatio, quæ reſultat ex pronunciatione ſuper exceptione,
vel ſuper ipſo facto principali,vt patet ex prædictis, & his,
quæ dixi in c.i.de or.cog.

ADDITIO.

a Quæ ſit prius probanda.Adde quia iſte all.Spe,in ti.de excep.& replica.§.fin. facit melius §.i.ver.ſed de qua,vbi dicitur,ꝙ poſt excep.& in §. hoc quoque. eo.ti.quod eſt verum,niſi talis replicatio ſit de directo exceptioni contraria, quia tunc dicitur ſimul probare,quando exceptio probatur, ſed ſi non eſt de directo,contraria,poteſt probari poſt ,vt not.in c.illud.§.de reſcrip. Zach.

SVMMARIVM.

1 *Replicatio paris criminis repellit exceptionem.*
2 *Beneficia quis poteſt plura poſſidere in diuerſis eccleſiis,intellige, vt infra nu.7.& 8.*
3 *Exceptio alicuius rei non debet opponi ab illo, qui in eadem re laborat.4.9.*
4 *Alienans male bona eccleſiæ poteſt bona per alium alienata repetere.*
5 *Beneficiatus pluribus beneficiis vtrum poſſit opponere,& quo nomine cō tra aliquem quærentem plura beneficia?*
Exceptio,tu habes vel quæris plura beneficia, an poſſit obiici per illum, qui etiam habet plura beneficia? 10.11.
6 *Collatio beneficii facta ex certa ſcientia licet excludat ſurreptionem, tamen non includit diſpenſationem,videlicet quod Papa velit cum eo diſpenſare.*
8 *Iudex poteſt ex officio libellum lacerare,ſi videt ius non competere actori maxime in ſpiritualibus, quibus regulariter iudex ſupplere ex officio.*
9 *Criminoſus non debet opponere in alium id,in quo ipſe verſatur.*
Exceptio non debet opponi ab illo,qui poſſet eadem exceptione repelli.
12 *Habere plura beneficia,an ſit peccatum?*
13 *Rei voluntarii æquiparantur actoribus in multis caſibus.*
14 *Accuſator illegitimus non admittetur ad accuſandum.*
15 *Exceptio famoſa, vel de iure communi notoria admittatut contra illum, cui de beneficio eſt prouiſum.*

CAP. III.

1 Cum eccleſiaſticæ. †Habens plu-
ra beneficia cō
tra alium de pluralitate non excipit, ita ſum-
mat Io.An.hæc ſummatio eſt multum genera-
lis,conuenit tñ literæ in genere.Alii ſummant ſic reus non
neceſſarius ab exceptione repellitur per replicationem pa-
ris criminis,vel obiecti, poſſet aliter ſummari, & intelligi,
vt inf.patebit.Eſt.n.hæc decre.difficilis quo ad intellectum
& adhuc redditur magis difficilis,propter dicta doc.Diuidi
tur in duas partes.In prima ponit deciſum exordium,in ſe-
cunda mandatum,ibi,[Mandamus.]Caſus lit. Quidam Ia-
cobus nomine fuit inueſtitus per dominum papam de qua
dam præbenda vacante in Nouarienſi eccleſia, & de man-
dato ipſius in corporalem poſſeſſionem ipſius præbendę in
ductus,q̃ non permittebant eum Nouariēſes canonici poſ-
ſidere.Hoc propoſuit Iac.p̄dictus in pn̄tia Papæ. cōrio pars
capli exceptionem quadā propoſuit ꝯ ipſum, videlicet, ꝙ ī
alia eccleſia beneficium obtinebat. ille replicauit ꝯ eos, ꝙ
& ipſi plura beneficia in plurib.eccleſiis obtinerent.Inn.co
gnita veritate mandat Laudicēſi epō, quatenus dictum Ia.
faciat p̄bēdæ illius pacifica poſſeſſione gaudere. de qua fuit
per c.p̄deceſſorem ſuum inueſtitus non obſtante exceptio-
ne p̄dicta,q̃ non pn̄t ei obiicere,cum & ipſi varia beneficia
in diuerſis eccleſiis hr̄e noſcantur.B.No.ar. ꝙ per inueſtitu
a ram [a] factam in abſentia beneficii non acquiritur illius be-
neficii poſſeſſio,de quo dic,vt no.in c.tranſmiſſam. de elec.
2 & c.ii.de conſue.†No.ii.quem poſſe eſſe pluralem in diuer
ſis eccleſiis,quod intellige iuxta no.in c.gratia,de reſcr.lib.
3 vi.& cle.gratiæ.e.ti.†No.iii.quem non poſſe reprehendere
in alterius perſona quod in ſua putat æquū.32.q.vi.c.nihil.
4 cum trib.cc.ſeq.& 25.di.c.fi.& iii.q.vii.c.iudicet.†Oppo. ꝯ
tex.vr̄.n.ꝙ ꝯ iſtum poſſint plurales excipere ſaltem nomine
eccleſiæ,ar.in c.ſi quis presbyterorum.& quod ibi no.de re
bus ec.nō alie.vbi patet,ꝙ ēt is qui male alienat,poteſt no-
mine eccleſię male alienata repetere. Item prętextu crimi-
nis,vel excōmunicationis non repellitur quis a defenſione
eccleſiæ ſuæ,vt in c.dilecti.inf.e.Item ſaltem non debuiſsēt
plurales admitti,volentes excipere contra iſtū impetrantē.
ſol.ꝑ ꝑ hæc cōtraria,& ſimilia legitur hoc c.multipliciter in
gl.& extra gl.Et diuide hanc gl.in tres partes. In prima po-
nit opi.Vin.In ſecunda opi.Tan.& Io.illi contrariam.In ter
tia gl.approbat opi.Vin.& rn̄det ad aliqua motiua in cōtra
rium.Secunda,ibi.[Tan.& Io.]Tertia,ibi.[Mihi videtur] vt
5 clarius habeas gl.recitabo eam concluſiue.†Vin. fuit ī opi.
vt plurales in beneficiis admittantur ad contradicendum
nomine eccleſiæ,& non proprio,non plurales vero admit-
tantur ad contradicendum nomine proprio & nomine ec-
cleſiæ.Ad iſtū tex.rn̄det dupliciter,primo ꝙ nō fuerunt ad-
miſſi iſti noīe eccleſię, q̃a Papa Celeſtinus ex certa ſcīa iſti
ꝓuiderat,i.ſciens eū hr̄e alia bn̄ficia, & ex hac ſołone colli-
6 gitur prima lec.†Sed ꝯ hūc intellectū facit, quia collatio ex
certa ſcīa facta,licet excludat ſurreptionē, nō tn̄ inducit di-
ſpenſationē circa pluralitatē iuxta ea q̃ no. in cle. ſi Roma.
de p̄b.& in c.ſi motu ꝓprio,e.ti.& melius in c.non pōt, hic
aūt non obiiciebāt de ſurreptione, ſed ꝙ obtinebat bn̄ficiū
in alia eccleſia.Itē hæc lec.gl.diuinat ad tex.nec tex. fundat
ſe ſuꝑ iſta rōne.ſ.ꝙ iſti obiiciētes laborabāt eodē morbo.iō
forte gl.trāſit ad ſcđā lec.dicēs,ꝙ iō nō fuit hęc exceptio ad
miſſa,q̃a iſte iā erat ꝯfirmatus,& poſſeſ.bn̄ficii adeptꝰ & ſic
nō hēbat locū excep.cū nil iuris iſte nūc peteret, ſed q̃d fa-
cti

ADDITIO.

a Per inueſtituram. Vide Bal.in rub,C.de contrahen.emp. in xvii.q. Ale.late in l. iii.in prin.col.v.ff.de acq.poſ. Seb.Sap.